3090 Mercurio[1], | aeterno deo I[*ovi*, | *I*]unoni regin., Min[*ervae*, | *So*]li, Lunae, Apol[*lini*, | *Dia*]nae, Fortuna[*e*], | . . nae, Opi, Isi, Pi[*etati*][2], | . . . . Fatiis d[*ivinis*, | *quod bo*]num [*faustum* | *feli*]xque [*sit*] | imp. Caesari Augus[*to, imperio*][2] | eius, senati populi[*que Romani*] | et gentibus, nóno [*anno*][3] | introeunte felic[*iter*] | C. Caesare L. Pau[*llo cos.*][4], | L. Lucretius L. l. Zethus[5] | iussu Iovis aram Augustam | posuit. Salus Semonia. Populi Victoria[6].

Romae rep. in alveo Tiberis (VI 30975; delineavit Premerstein arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15, 1892 p. 78). — 1) *Vocabulum postea additum; antea series deorum, quibus ara Augusta dedicata est, coepit a Iove Iunone Minerva.* — 2) *Supplementa non certa.* — 3) *Nonus annus fortasse ex quo magistri vici creari coepti sunt, in quo ara stetit et ex cuius magistris videtur fuisse Zethus. Circa anum a. 746 magistros singulorum vicorum in urbe legi coeptos esse novimus ex Dione 55, 8 et ex titulis compluribus (cf. infra N. 3308 not. 3).* — 4) *A. 754 (p. Chr. 1).* — 5) *Zethus hic libertinus videtur fuisse magister vici.* — 6) *Haec quoque vocabula postea addita. Salus Semonia memoratur Macrob. sat. 1, 16, 8.*

Iovi Iunoni Minervae Felicitati Romae divo Augusto titulum positum a. 65 habes supra N. 233.

3091 Iovi optimo | maximo, Iuno|ni reginae, Min|ervae sanctae, | Soli Mithrae, | Herculi Mar|ti Mercurio, | Genio loci, di|is deabusque | omnibus, M|arcus Aureli|us Decimus v. p., p. | p. N.[1] ex principe pe|regrinorum, | votum solvit.

Dianae in Numidia (VIII 4578 descr. Renier). — 1) *Vide supra N. 607 not. 4, item N. 2291.*

3092 I. o. m., | Iunoni regin., | Minervae, Nep|tuno, Libe. patr[*i*], | Dianae, ceterisq. | dibus L. Anton. Sa|binianus corni[*c.*] | leg. leg. I Ad. P. f. Se[*v.*][1], | templum vetust[*ate*] | conlapsum fa|ciundum cur., | cum Aur[*el. A*]elian. | con[*iuge*].

Arrabonae in Pannonia superiore (III S. 11079 vidit Hirschfeld). — 1) *Cornicularius legati legionis primae Adiutricis Piae fidelis Severianae.*

3093 ἀγαθ[ῇ] τύχ[η] I. o. m. rector., | Iunoni Regin., | Miner., Victo., | Volk., Mercur., | Fatis divinis | Aur. Pudens | strat. cos.[1] v. l. p.

In Bulgaria loco dicto Vlaško Selo, provinciae Moesiae inferioris (III S. 13718 misit Škorpil). — 1) *Strator consularis.*

3094 Iovi o. m. summo | exsuperantissimo, | Soli invicto, Apollini, | Lunae, Dianae, Fortunae, | Marti, Victoriae, Paci, | [*Q.*] Antistius Adventus[1] | leg. Aug. pr. pr. | dat.

Prope Utrecht rep., est Leidae (Brambach 55 qui vidit). — 1) *Idem qui memoratur supra N. 1091, quem legatum Germaniae inferioris fuisse imperante Marco docet etiam cursus honorum eius nuper repertus in t. Thibilitano, quem dabimus infra in Additamentis.*

---

archive.org